

82
143

51

92
143

2251

Es R. D. Melchor de Valles y Sobla


Aballero de la orden de Santiago

Año. de 1647

226

Excmo. de su Magestad Católica.

En la villa de Madrid a 10 de Mayo de 1647.



TRANSACTIONVM SYNOPSIS.
IN CLASSES
TRIBVTA, EXPLANATIO-
NIBVS LVCIDATA, ACADEMICA
CONCERTATIONE SOLEMNIS, VICTO-
RIALI PVLVERE ILLVSTRIS.

PROPVG NAT
D. GVNDISALVVS FER-
NANDEZ DE CORDOVA,
ET MENDOZA.

PRAESIDET
D. ANTONIVS DE FELOA-
GA, ET OZCOYDI, IN MAXIMO
ARCHIEPISCOPI TOLETANI COLLEGIO PVR-
PVRATVS EMERITVS, IN PRINCIPE ORBIS ACA-
DEMIA VESPERTINAE LEGVM CATHEDRAE
PERPETVVS ANTECESSOR.

IN LITTERARIO THEA-
TRO MAGNO SALMANTINO, DIE
MARTII, HORA III. POST MERIDIEM.
ANNO M. DC. XXXV.

Salmant. Apud Roales, Typographum Vniuersitatis.

J. N. de Guzman

TRANSACTIONS OF THE
INCLASSE

TRIBUNA LITTE
INDUSTRIAL DATA

PROPOSAL
INDUSTRIAL

INDUSTRIAL
INDUSTRIAL

INDUSTRIAL
INDUSTRIAL

INDUSTRIAL
INDUSTRIAL

INDUSTRIAL
INDUSTRIAL

INDUSTRIAL
INDUSTRIAL



EMINENTISSIMO
PRINCIPI D. D. BALTHASARI
MOSCO, ET SANDOVAL S. R. E.

Presbytero Cardinali titulo Sanctæ Cru-
cis in Hierusalem, Antistitique
Giennensi.



*V*AS oneret aras *felix*
hoc votum, eminentissime
Princeps, qui, instar Dei,
consuesci etiam farre lita-
ri. Respiret ut cūque ani-
mus, qui setuis deuouit sem-
per militaturū obsequijs.
Nec litterarium xenio lum

respues litteris innutritus eisdem.^a Quot ego titu-
lis omnibus speciosus reor, quādo non trabibus, aut
saxis, sed monumentis aterna laudis inciditur. Esto
ergo *Mæcenas*;^b Hoc quoque in gloriam tuam ce-
det, me ad summa vexisse, qui modica toleravi. Sor-
deant cætera, hoc tamen mihi laudis accrescet, tan-
tum elegisse Patronum. Te nempè, quem nostra *Sal*
manticensis arena glorioso in puluere prospexit ex-
pertum. Te, quem *ultrò munera ambierunt*, in *insula*

A. Plini⁹
in Paneg.
ad Trai.

B. Corne.
Tacit.

C. Pacat⁹
in Paneg.
ad Theo-
dos.

D. Claud.
in Pan. de
4. consula
tu Honor.

E. Valer.
Max. l. i.
c. i. exēp.
2.

F. Seneca
ad Nero-
nem.

G. D. Am
brof. l. i.
de Cain &
Abel, c. 6.

H. D. En-
nodius in
Paneg.

optarūt, purpura amavit, orbis appetijt. Et meritō;
^c Nam in quodam orbis terrarum comitio quari
putamus, quis nam sit ille, qui debeat tantam digni-
tatum molem subire? Non ne is omnium suffragijs
hominum tributim, centuriatimquē legeretur, cui
fœlix patria, cui domus clara, cui forma diuina, cui
etas integra, cui civilium rerum vsus contigisset? Sed
cum Regius, vel si quid ultrā, in te sanguis ebulliat,
tibi ipsi cuncta ministrare, non sanguini;^d Ut quo
cumque loco natus fuisses, fortunam tibi videaris es-
se facturum. Pietate ceterū perillustri eximias alias
dotes in auras, eos amulatus apprimē,^e Qui non du-
bitauerunt, sacris imperia seruire, ita se humanarū
rerum futura regimen existimantia, si diuina poten-
tia benē, atque constāter fuissent famulata. Obsistat
quantumuis tui indoles genij modesta, tamen^f tibi
non magis, quā Sol latere contingit: multa contra
te lux est, omnium in istam conuersi sunt oculi. At
quid incautis oculis tam ardētī luci conniveo?^g Ne
que enim Sol interprete indiget, habet enim interpre-
tem fulgorem, quo totus repletus est orbis.^h Hac de-
gestorum tuorum cumulis, maiore voto, quā elo-
quentiā, strictim degustare placuit, melioribus inta-
ctā derelinquens; nam inter plures actuum tuorum
pracones, ea illibata conuenit reservari. Aeternum
vine, Vale.

D. Gundisalvus Fernandez
de Cordona, & Mendoza.

Classis prima.

Transactionis nuncupatio, genus, species, definitio, diuifio.

Explanatio I.

Generalis notio transactionis;

§. I. **T**RANSACTIONIS NOMEN CVM IN iure, tum in amentiori peritia duplici significatio-
ne iofignitur; latiffima, pro quacumque negotij
terminatione, ita vt tranfigere, fit idem, quod negotium cō-
ficere, abfoluere; fic apud Ciceronem non femel; præterea
quidquid præteritum eft, trāfactum dixit D. Hyeronimus;
transactam adolefcentiam Caffiodorus: tranfigere ætatem
Plinius; & tranfigere æuum, vel diē, verfatiffima locutio eft;

§. 2. Eademque nuncupatione floret in vfu iuris noſtri, vt cum
proferimus litem, tranfigere per ius iurandum, tranfacta que
tempora, & generaliter tranfacta, finitave intelligere debe-
mus, non ſolum de quibus controuerfia fuit, ſed etiam quæ
fine controuerfia ſunt poſſeſſa, vt ſunt iudicio terminata trā-
ſactione compoſita, longioris temporis ſilentio finita, pacto
concluſa, vel alio quouis modo, quo ab obligatione recedi-
tur, & quali tranſitur. Transactionis enim vocabulum con-
ſuitur à *trans* & *actio*; quali qui tranſigit, ab actione tranſeat
ad aliud; quam obrem tranfigere propriè dicitur actor, pa-
ciſci reus, redimere, aut decidere litem; quamquam, & tran-
figere reus, nec abs re dicatur.

§. 3. Vndè fit, transactionis ſignificantiam tanquam ſub genere
continere, veluti ſpecies ius iurandum, ſententiam iudicis
temporis præſcriptionē, quamuis verius ſit nō eſſe propriè
ſpecies, ſed quandam ſimilitudinem transactionis referre.

§. 4. Quo in significato generali in Senatus Consulto Tertylliano, itemque Orficiano hæc clausula (ad præteritum tamen solum tempus spectans) annektebatur, *quæ iudicata, transacta, finita sunt, rata maneant*, & in edicto quod Adrianus Imperator, & plenius Traianus de tacitis fideicommissis euulgarunt hæc quoque clausula expressa erat *transacta, finita, ut rata, firmaque essent*.

§. 5. Quam ita explicuit Paulus, ut transacta, finita intelligeret, non solum ea, de quibus controuersia fuit, hoc est, quæ tacita fideicommissa inter stipulantem incapacem, ac promittentem in controuersiam uenissent; fortassis quod dubitabatur, an incapaci chirographum datum esset, nec ne?

§. 6. Sed etiam illa, quæ sine controuersia sint possessa, quoniam neuter dubitabat, fideicommissarium esse incapacem, causæ tamen finem fecerunt, aut transactione, vel pacto, seu præscriptione, siue pure iurando, vel sententia; quo in casu finitam fiscus causam non rescindit, sed hoc solum aufert, quod ex hac causa peruenit ad incapacem, ut in pulchra specie rescripsit Imperator Antoninus sic eleganter exaudiendus; cū Gedeo quidquid aliter, atque aliter illius sententiæ detorqueant, Cuiatius, Hotom. Donel. & hos sequutus Gotofredus.

Explanatio II.

Specialis transactionis nomenclatura, definitio, & diuisio.

§ 7. **P**LANE in specialiori, & propria significatione transactionis demonstrat decisionem rei dubiæ, litisve incertæ, nec dum finitæ; sicque accepta propriissimam constituit transactionis speciem, qua differt a pactis, rebus iudicatis, præscriptis, aut aliter finitis, & de qua præfens indicitur congressus, nec minutulam arenam prætersiliendus; cætera quippè velut assinia suppositioni permittuntur, ut nimis tamén generalia disputationi feriantur.

§. 8. Tran-

§. 8. *Transactio* verò, seu transitio est *de re dubia*, litisve in certa terminanda conuenta decisio non gratuita. Res autem dubia intelligitur, de qua aut iam mota est controversia, aut aliquando iuste futura timetur, quam secluso dolo, vexatione interclusa, veremur. Lis verò incerta dicitur, quæ non dum omnino decisa est pronuntiatione iudicis, aut præstatione iurisiurandi.

§. 9. Porro *transactio*, simplex est alia, altera quæ stipulatione Aquiliana munitur, & utraque iurata, aut iniurata generalis, vel specialis de re certa cuius iam sit, aut esse possit controversia.

Classis II.

Causa efficiens transactionis.

Explanatio I.

Efficiens causa duplex, eiusque effectus.

§. 10. **C**AVSAM efficientem transactioni assigno communem aliam, alteram specialem. Illa est consensus, quo sine nullus initur actus; hæc incertus litis tuentus, cuius utramque partem exagitat sollicitudo, & qua compulsi, ut eleganter scripsit Petronius. *Planè placet emere quamvis nostrum sit, quod agnoscimus, & parvo ære recuperare repotius thesaurum, quam in ambiguum litem descendere.*

§. 11. Proinde in manifesta calumnia, atque vexatione litigantiū nullus est transactioni locus, nam si evidens calumnia detegitur (ut puta in instrumentis, quibus veritas argui potuit aduertiarij dolo subtraçtis) transactionis imperfecta est, & repetitio datur; sin autem lis fuit, hoc ipsum, quod à lite disceditur, causa videtur esse, ac proinde quod transactionis nomine datur, non repetitur, licet res nulla media fuerit; hoc est, licet

licet ex altera parte nihil datum sit præter discessionem à lite; satis enim dat qui litem subducit (cuius utique dubius euentus reputatur pars pretij transactionis) ita tamèn si & aliquid, etiam modicum vicissim eo nomine accipiat.

Explanatio II.

Differentia transactionis, & pacti.

§. 12. **D**EINCEPS si res dubia remittatur liberalitate, & gratuito nullo accepto, aut retento, pactum est non transactio; Caterum per acta conventio animo transigendi, si ex aliqua causa nequeat valere tanquam transactio, nec utilis erit; ut pactum est enim utriusque modus, & modus non tam diuersus, quam contrarius.

§. 13. Indeque si fiat pactio de remittendo conditionali fideicommissio per modum transactionis aliquo accepto, vel retento valebit. Itaque quæ citra causam transactionis inita animo paciscendi frustra fiet, atque inutiliter. Cuius elegans ratio discriminis inproclui est, pactum quippè cum plerumque fiat gratuito, testantis voluntatem consternit, effectum euacuat; transactio verò cum ad finiendum conditionis incertum aliquid extorqueat, & voluntati testatoris obsequitur, & effectui beatur.

§. 14. Quamobrem duo hæc transactionis essentialia requisita (nimirum quod transactio non solum fiat de re incerta, & licet non dum finita, sed etiam aliquo vicissim dato, retento, vel promisso) simul iuncta pactum nudum à transactione discernunt: quandoquidem, & explorati iuris est, pactum nudum de re quoque dubia fieri posse, cum super lite incerta, criminis videlicet capitalis, accusatione pacisci liceat, & his consequenter valeat pactio, ne de criminibus priuatis, ne proiudicati, vel incensarum ædium, neue depositi agatur.

§. 15. Cum autem hæc duo coniunguntur, pactio, & transactio, pacisci,

cisci, & transfigere pro diuersis, & contrarijs vtrumque accipitur vsitato more, quo verbum cōmune, quale est pactio, & pacisci pro specie poni solet, quod tunc fieri intelligitur, cum nomen generis alicui speciei opponitur, veluti cum adoptio obijcitur arrogationi, cognatio agnationi.

- §. 16. Hinc appositissime distinxit Vlpianus transactionem à pacto, tanquam quid inuicem sibi contrarium quoties vtrumque coniungitur eodem loco vnum alteri obiectum, quo in casu cum non possimus pactionē interpretari, nisi actionem, per quam res certa remittitur, transactionem verò, per quam res certa condonatur, verissimè scripsit Vlpianus; quod qui transfigit, quasi de re dubia, & lite incerta, neque finita transfigit; qui verò paciscitur, donationis causa rem certam, & indubitatam liberalitate remittit, quamquam enim persuasum mihi habeo, pactum posse esse interdum non gratuitum, illud tamen omni adseueratione affirmo oppositum transactioni pactum, non aliter interpretari valere, quam vt gratuito, & de re certa factum intelligatur.

Classis III.

Materialis causa transactionis.

Explanatio I.

De questione status.

- §. 17. **M**ATERIA transactionis sunt res dubiæ, & litigiosæ; quam obrem incurrit hic re ipsa elegans inspectio; an de status questione dubia, & controuersa valeat transactio? Et quidem si hoc actū sit, vt is qui seruus dicebatur, pro libero in posterum haberetur, nec amplius ipsi status controuersia moueatur, transactio celebrata (si non alio iuri cognito modo eam vacillare contigerit) vires suas obtinet, nec ob id eiusdem tenor titubare videtur, quod pro cōditione serui, vel adscripticia confecta est.

B

§. 18. Tunc

§. 18. Tunc enim Domini cum seruis suis paciscentes expliciti teneri, atque obligari non possunt, cum constat Dominos esse, aut cum dubitaretur confestim probare dominium quocumque, ceteroquin transigens cum seruo, utrum fuerit Dominus, incertum est, negante eo, qui in seruitutem perebatur.

§. 19. Sed an contra libertatem concepta transactio valeat sub iudice, adhuc lis est, nec dum ab interpretibus transacta, Glossa, Bartolus, Donellus, & Helfricus Hunnius euanidam censent transactionem contra libertatem; Baldus, Iason, Alciatus, Doctissimus noster Antonius de Padilla Meneses, magno nili in contrarium obfirmantur; haret nobis inconfinitio veritatis assensus, problematim ergo illam propugnamus, neque huc obuersi, nec huc propendeat, quo maius oppugnant.

Explanatio II.

De filiatione, ac ingenuitate.

§. 20. **I**N causa quoque filiationis licita transactio est inter patrem, & filium, non ut filius sit, qui non erat, vel ne sit, qui est; hoc enim fieri nequit in immutabili iure sanguinis, sed ut pro filio, vel non filio habeatur, qui talis esse dubitetur.

§. 21. Idemque admittimus, si transactio fiat super legitimitate, vel ingenuitate, quam nos Hispanicè *Hydalgia* vocamus.

Explanatio III.

De matrimonio.

§. 22. **V**TRUM vero causa matrimonialis transactio ni sub iaceat, longi subsellij questio est; mihi illa sententia sedet, quod nempe transactio non valeat quæ

quæ interponitur super dissoluen do m̄ atrimonio, quaque id agitur, vt à matrimonio discessio fiat.

- §. 23. At qui pro matrimonio optimè initur transactio, vt videll cet quæ ducta est vxor in matrimonio perseueret, nec diuertat à conthorali ex iusta causa ob quam aliàs diuortium facere permittitur.

Explanatio IV.

Dere iudicata.

§. 24. **P**LANE si postrem iudicatam quis transegit, placuit transactionem nullius esse momenti, tum quia sententia rem liquidam, & certissimam cōstituit; transactionem autem semper esse de re dubia, non est opinionis incertæ, tum ex eo, quod transactionem imponēdus litibus finis induxit: igitur ad impositum iam per sententiā finem transactionis studium superfluit.

- §. 25. Quid ergo si appellatum sit, vel hoc ipsum incertum est, an iudicatum sit, quia aut negetur, aut ignoretur, vel an sententia teneat, & magis est, vt transactio vires habeat, si vel appellatio intercesserit intra tempora data, vel in integrum restitutionis solēnitate causa suspensa est actu, & effectualiter, vt ita dixerim, quoniam regulariter non solet haberi ratio eorum, quæ iure speciali possunt euenire, nisi iam sint impetrata.

- §. 26. In summa tunc ritè, recteque transactio celebratur cum non de sententiā indubitata, quæ nullo remedio ordinario attēta ri potest transigitur, de illa dico, qua ita lis terminatur, vt restaurari rursus, ac cōtrouersari iterū nequeat, quia si adhuc lis subesse possit, transactio fieri potest.

- §. 27. Quæ vera censeo non solum in simplici transactione, sed in ea quoque, quæ fit per Aquilianam stipulationem: etenim omnis transactio, ab ambiguo incertitudinis tota subsistit; vnde generaliter sancitur post rem iudicatam frustra transigi,

figi, atque inutiliter, nec Aquilianæ stipulationis mentio interdum expressa per particulam *si* conditionem importat, sed causam, redditque rationem proponens exemplum transactionis Aquilianæ, non verò excludens eam, quæ pacto conficitur, siquidem à quo remouetur genus, species quoque; seiungitur.

§. 28. Ea propter quid nostrates contendant, edoctus à sapientissimo viro Molina Theologo magna voce pronuntio, inualidam esse transactionem, super reiudicata, quam tu nlibet iuramento confirmatam, si nullum equidem omnino supersit dubium post latam sententiam, quæ in rem iudicatam transiit, rem illam ita ad eum pertinere, cui ad iudicata est, vt tuta conscientia possit totam illam, accipere, aut retinere, nec aliunde sit conscius, sententiam materialiter saltem esse iniustam.

§. 29. Verum enimvero si fideiussor conuentus, & condemnatus fuisset, mox reus transegisset cum eo, cui erat fideiussor condemnatus, transactio valet, rescinditque in effectu sententiam latam contra fidei iurem, & consequenter omnem causam dissoluit, nexum exscindit, qui vrgebat, & aduersus reum, in quem promptissimo intenturus erat regressu fidei iussor, & aduersus fidei iussorem, qui sententia damnatus ex iudicato tenebatur; quemadmodum vt ex Angelo tradit subtilis Fulgosius, si post latam sententiam contra fidei iussorem, quamquam aliàs fidei iussore, qui iudicium acceperat iam damnato, non videatur esse fidei iussor qui ex nouo contractu iudicati debitor constituitur, ac proinde frustra defensionem reus suscipiat, cui vtique licet prolata pro fidei iussore sententia proficiat reo, non tamen nocet, imo ab illa appellans auditur, cum ipse interfuit propter regressum fidei iussoris.

§. 30. Qui tamen si condemnatus transegit, nec appellauerit, adeo nec possit appellare, actum efficiet inanem nec transactio perimet rem iudicatam, quamquam infirmari possit per appellationem à reo interponendam Quippe regula ea, qua statuitur super reiudicata transigi posse, quoties aliquo remedio tentari potest, sic mecastor accipienda est, vt transigi valeat, si ab eodem ipso, qui damnatus est, & transigit aliquo remedio

remedio tentari possit sententia. Ex quo retunditur illa no-
uatoris Antonij Fabri impostura, qua vero Vlpianismo Tri-
bonianismum affinxit.

- §. 31. Præterea si partes renuntient specialiter reiiudicata, deinde
transigant, valebit transactio; eo autem ipso quod transi-
gunt, nequaquam renuntiare videntur ne lites instauren-
tur, & deducantur consequentia maiora expressis, quod val-
de dissonat.

Explanatio V.

De controuersijs ex testamento.

§. 32. **A**N de ijs controuersijs, quæ ex testamento pro-
ficiscuntur siue immediate, siue aliunde prop-
ter testamentum transigi possit, confragosa
disceptatio est. Crebrius obtinuit, non aliter va-
lere, quàm inspectis, cognitisq; verbis testamēti. Ant. Fab.
cui pronissinè assentior, affirmat nō aliter quidē, quā inspe-
ctis verbis testamenti transigi posse, commode scilicet, & uti-
liter.

- §. 33. Cæterum si quis sit tam imprudens, & incautus, ut etiam, nō
inspectis verbis testamēti, velit de iure testamenti transige-
re, nihil causæ est, cur non proinde valeat transactio, ac si
verba omnia lecta, perlectaque fuissent; sibi enim debet im-
putare, qui tam facilis & inconsultus fuit ad transigendum.

- §. 34. Multoque magis idem obtinebit, si dicat, se ea quæ in testa-
mento continentur, non ignorare; inspicere namque dicitur
etiam id, quod intelligitur mente, etsi oculis non lustretur;
inspectio itaque verborum testamenti, quodcumque
illud sit, vel solemne inscriptis, aut nuncupatiuum, si
& scriptione nobilitetur, solum ad commo-
diorem, prudentioremque transac-
tionis in eundē usum
requiritur.

Explanatio VI.

De alimentis.

§. 35. **D**ivus Marcus oratione in Senatu recitata venit de alimentis transigere, non quibuslibet, sed ijs quæ testamento, vel codicillis fuerint relicta, aut mortis causa donata, seu conditionis implendæ gratia constituta, neque rursus de omnibus prohibuit, sed de futuris dumtaxat; ita tamen si alimentarius causam alimentorum faciat deteriore, & non indulgente Prætor transigat, aut non ita permittente, ut oratio iubet.

§. 36. Claret herculè orationis sententia, in reddenda tamen ratione latior ex incerto metus. E plurium cumulo veritatis calamitatem seligo, quæ prohibitionem sanxit, tum ut voluntas testatoris servetur, quem verisimile est alimenta potius legatario particulatim (quia forsitan frugalis non est, sed inertis vitæ, ut de alimentis precariam trahat animam) quàm summam aliquam pecuniæ semel præstari maluisse, eo quod ipsi prospectum velit, deorata magis, quàm comesta, ea pecunia (ut Sallustio obiecit Tullius) tantum esurire anhelâ fame, sordere pannosa mendicitate cogatur.

§. 37. Tum ne alimentarij facile transigerent contenti modico præfenti, ut ita ratio orationis non in solo ultimæ voluntatis favore, nec in solius alimentarij, sed in utriusque consistat.

§. 38. Nec interest utrû frugis vitæ sint alimentarij, qui aliàs sufficere sibi possunt, an segnioris, qui de alimentis pendeant, quippe oratio habet locum, etiam si granditer opulescant, cum possint labi facultatibus, quoniam multæ sunt humanæ sortes, fortunarumque ex fortunæ luxu fluxa, labilisque natura.

§. 39. Et quamquam aliàs tristis non est euentus expectandus, maxime, quod cuiusq; mortalis facultates in dies crescere quoti-

quotidieque augescere præsumptio sit, casum, aduersamque fortunam leges interdum considerant, si id ad alicuius præcautionem, nulliusque conferant dispendium, ut optimum ministrat exemplum homo liber, cui per fideicommissum utiliter libertas adscribitur.

§. 40. Planè de alimentis, quæ non mortis causa donata sunt, sed ex contractu debentur, licebit & sine prætore authore transigi; quemadmodum & super præteritis, etsi in vltima voluntate fuerint relicta, imò de futuris si testator ipse permittat alimentario, ut queat transigere, cum è diuerso & iubere possit, ne vel Prætor authore transigat alimentarius, quem fortassis cognouit nō satis industrium, nec isthæc nuda prohibitio censetur, quæ alimentorum fauore vestitur.

§. 41. Cæterum difficillimum illud est, an de habitationis valeat legato transigi? mouet quæstionem, quod impensè adeo cōsultum voluit habitationis legato Diuus Marcus, ut de alimentis generaliter transigens non videatur, neque de habitatione, neque de vestiario transigisse, etsi legatis alimentis hæc contineantur, cum specialiter etiam de istis transigi voluerit.

§. 42. E contra Vlpianus transactionem de habitatione adeò facile admisit, ut & citra Prætorem ratam iudicet, sed quid perplemamur? Si referente Vlpiano Diuus Marcus ita voluit, si quod generaliter nimis scripsit Vlpianus, ita accipiendū est, ut loquatur de ea transactione, qua redditur melior cōditio transigentis.

Explanatic VII.

De criminibus publicis sanguinarijs.

§. 43. **T**ransigere de crimine capitali etiā post accusationem institutam, & citra abolitionem, prohibitum non esse Diocletiani, & Maximiani disserta constitutio manifestat, quam emendatrice

trice manu nefariè deuenustat Hotomanus, neque enim in publicis causis transactionibus est interdictum, sed sordidis concussionibus; in ijs utique, quæ poenam mortis continēt, nam ignoscendum censuerunt Principes (ex testimonio Vlpiani) ei, qui sanguinem suum qualiter qualiter redemptū voluit, omnemque honestam rationem esse expediendæ salutis docet Cicero, neque reprehensionem mereri, ait, studium retinendi diuturniorem vitæ vsuram, & cum ea diuinissimam animæ, & corporis societatem.

§. 44. Iurgantur tamen Interpretes, an utrique litigatori, aut alterutri dumtaxat, & cui sit transactio permessa, in quo obiurgantur plerique aliter, atque aliter dissentientes in eadem re multipliciter diuersi; diuorto ab illis, & ratam hanc sententiam statuo, de publico crimine capitali utrique pariter actori, & reo impunè transigere licere.

§. 45. Capitale autem crimen illud specialiter inrelligo, quod caput naturale detruncat mortem irrogans, vitam extinguēs; vnde etiam sanguinis poenas in hac tractatione nō eas accipio, quæ qualemcunque sanguinis effusionem protuberāt sed illas quæ inflicta morte corpus exanimant.

§. 46. Rationem subijcio, quia vix vsquam in iure nostro sanguinis poena aliter; quàm pro supplicio mortis sumpta reperietur, id circopotius sanguinis, quàm mortis vocabulo vsi fuerunt Cæsares, vt prorsus foret indubium ipsos capitalis criminis transactionem permittentes de naturali tantum morte sensisse, quæ Authore Gellio, vt utar Ciceronis verbis, est discessus animæ à corpore.

§. 47. Proinde quamquam capitalia iudicia dicimus, quæ vltimo supplicio afficiunt homines, vel etiam aquæ & ignis interdictione, vel deportatione, vel metallo nam appellatio capitalis mortis, vel amissionis Ciuitatis inteligenda est, herculè dum sanguinis meminervat Imperatores, constat de ciuili non fuisse morte loquutos.

§. 48. Similiter nec de criminibus poenam infligentibus mutilationis, vel abscissionis membri, fustigationis, & flagellationis

tionis, & si enim sanguinis effulsi, aspergiue madeant, nec capitales sunt pœnæ, nec sanguinariæ.

§. 49. Si fustigationis illam pœnam excipias, qua ex lege 12. tabularum plectebatur cæcis ad alterius iniuriam occinentes iuxta quod decemviralem hanc legem scientissimus Delirius ex Diuo Augustino concepit ijs verbis, *Si quis occen-
tassit, acclitasit, siue cæcis cæcis, quo infamiam faceret flagi-
tiumve alteri fuste ad necem ceditur.*

§. 50. Vt & illa capitalis Festuarij pœna, vel militaris qua milites, qui deliquerant fuste feriebantur, *Festuarium inquit Li-
nius meretur, qui signa relinquit, aut presidio decedit.* Ea autem animaduersio fiebat Tribuno militem fuste cedente, ac mox reliquis militibus fustibus, & lapidibus noxiam petentibus, ut scripsit Turnebus, vel quod forsam verius est vitibus, ut ex Polybio, Floro, Liuto, Plinio, atque Cicerone obseruat Rittershufius, aut paganica, qua nō militi infligebatur bacillis, seu virgis fasciū, quos Magistratui lictores præferebant.

Explanatio VIII.

De crimine maiestatis diuina, vel humana.

§. 51. **C**ONSILESCAT tamen Diocleciani, & Maximiani constitutio in crimine lesæ Maiestatis humanæ, & consequenter potiori etiam iure inhærens scelere, quo diuina impetitur, quamuis enim facinoris huius nulla expressim sancitur exceptio verissimum, & appositissimum est illud Quintiliani quædam, & si nulla significatione legis compræhensa sint natura, tamen exciperentur. Quippè si in hoc flagitio inuitum quoque accusatorem & Turpyliani pœnam subire paratum iudex ad accusandū pertrahere potest quorsum illi transigere permittetur impunitè qui & delusa transactione reluctans incepta obniti accusatione compellitur.

Explanatio IX.

De adulterio.

§. 52. **P**LANE adulterium manifestum excipitur, sed exceptionis ratio delitescit in recessu è re nata alias Boetius, quod multipliciter intelligitur, eius veritas ignoratur.

§. 53. Ceterum illam, ceteris præfero, quæ adstruit præfco Digestorum iure adulterij poenam non fuisse sanguinantem, proinde de adulterio tunc transigi non potuisse, non tamen eo percussisse, sed etiam quia nulla super adulterio pactio iniiri valet, quam insigni turpitudine non flagraret in quandam lenocinantis patientiæ molliem facessans.

§. 54. Vnde cum & hæc ratio urgeat postea quam sanguinis poena est adulterio præfixa, & novæ constitutiones, strictim adeo debeant accipi, ut & ea, quæ ex illis necessario consequuntur, nisi nominatim fuerint expressa, contra veteris iuris stabilitiorem non debeant admitti, quid mirum si hæc prohibitio mutato poenæ genere abolita non sit.

Explanatio X.

De stupro.

§. 55. **S**ED enim in stupro utrum transactio liceat, est in difficili interpretibus hinc inde certantibus, sed verius puto cum Donello contra Gilchenium, & Corasium illicitam esse de stupro transactionem eadem ratione ob quam de adulterio prohiberi diximus,

Explanatio XI.

De criminibus publicis non capitalibus.

§. 56. **C**ONTRARIA in ijs flagitijs regula traditur ab Imperatoribus, nimirum in publicis criminibus, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, transigere non licere.

§. 57. Cessat namque ratio transactionis permittendæ redemptionis videlicet sanguinis, quæ deficiente necessario sequitur accusationis à transigente desertio, & huic consequens in Turpyllianum descensus, & in talionem decursus.

Explanatio XII.

De scelere falsi.

§. 58. **P**ORRO illa, quæ in celebri rescripto subneſtunt verba Cæsares, *citra falsi accusationem*, quæ veri sensus sint aura demulcenda valde ambigitur, etenim plerisque placet voculam *citra* exceptivè poni pro *præter*, velut dixerint transigere de criminibus non capitalibus permissum non esse, præter accusationem falsi, de qua transigi licet.

§. 59. Alij verò statuunt prædictam voculam *citra* idem connotare, quod *sine* & absque, ut sensus sit de non sanguinarijs facinoribus placitam, non esse transactionem sine crimine falsi, hoc est, quin transigens incidat in falsi crimen.

§. 60. Illa sententia meo iudicio cum veritate exasse consentit, quæ super crimine falsi, siue civiliter, siue criminaliter intento transactionem admittit, quoniam in lege Cornelia nihil sanciebatur, aduersus eos, qui super huiusmodi crimine paciscebantur.

- §. 61. Imò in id nominatim videtur cōvivuisse, eo quod plerumque ad priuatam causam pertinet, nec capitale sui initio fuisse cū Cuiatio affirmo, & emistichium græcum incerti poetæ in rebellionem falsarium de diminutione potius capitis, quam de truncatione accipio.

Explanatio XIII.

De priuatis delictis.

- §. 62. **C**ONTROVERTITVR præterea an de priuatis delictis, quæ sanguinis pœnam non inferunt, transigi queat? Et quidem de hac disceptatione triplex circumfertur opinio diuersa. Planior ea distinctio Fachinei facilius arridet, & gratius.

- §. 63. Vt scilicet de priuatis criminibus interdita sit transactio, vbi criminalitèr agitur, secùs si ciuilitèr.

Explanatio XIII.

De effectū transactionis in criminibus.

- §. 64. **E**FFECTVS porrò transactionis de capitalibus delictis non est hic, vt alij ab accusatione per eam excludantur, nec vt puniri nequeat pœna sanguinis, vt pessimè docuit Bartolus.

- §. 65. Illo sanè solum effectū potitur, vt qui transigendo litem, & accusationem remisit, rursus ipsum deferre nequeat, & accusare, nec id inutilitèr patratur, siquidem contingere potest, quod transigens solus sit commissi criminis conscius.

Classis IIII.

Transactiois causa formalis.

Explanatio XV.

De transactioe per pactum, vel acceptilationem.

§. 66. **T**RANSACTIONIS fiendæ modus duplici ritu solemnis est pacto scilicet, aut acceptilatione, eaque, vel simplici, seu Aquiliana.

§. 67. Pacto conuento transactio facta dicitur, quando aliquo accepto, vel retento, quis regredi à lite promissit.

§. 68. Acceptilatione verò cum ita discedit à lite, ut obligationem accepto ferat, aut simpliciter, aut stipulatione Aquiliana, cuius elegans apud Iustinianum prisce conspectus formulæ.

§. 69. Nec parum refert utrum pacto conuento, an verò per acceptilationem transactio celebretur; quoniam hoc casu omnis agendi via præcluditur, sepulta per acceptilationem transactioe; At pacto conuento præter ita actio non perimitur, circumstat ipso iure, quam solum conuenti pacti repellit exceptio.

§. 70. Hinc profluit transactioem per acceptilationem ita terminare litem, ut nequeat amplius instaurari, etiam si alter non paruerit transactioi, qua tamen conuento pacto initalis prius præcissa repullulat alterius reluctantia reuirescens, causaque ex integro agitur, si diuersa pars contra placitum nititur.

§. 71. Vtputa si instituta de inofficioso testamento accusatione de lite pacto transactum est, nec fides ab hærede transactioi præstatur inofficiosi causam integram esse placuit, quam quidem per acceptilationem semel extinctam instaurari rursus iuris ratio non finit.

Explanatio XVI.

De pluriplici; ac præcipua transactionis formula.

§. 72. **V**ERVM utrocumque modo fiat, siue per pactū, siue per acceptilationem metu, vel dolo secluso pure, aut sub conditione, vel sub modo, poena adiecta, iuramento interposito, in iudicio, extra iudiciū scriptura intercedente, vel sine scripto (nisi aliud placuerit transigentibus) inter diu an noctu, & die quoque festo, præcipua tamē fama transactionis in eo est, ut semper necessum sit pro remissione litis aliquid contraprecari, aut fieri.

§. 73. Transactio enim nullo dato, vel retento, seu promisso minime procedit, quo circa cum mota inofficiosi quærela matrē cum diuersa parte transigisse dicatur aptissimē, ut partem bonorum susceperet, & à lite discederet, proponitur apud Alexandrum Cassarem.

Explanatio XVII.

Transactio an sit contractus, & qualis.

§. 74. **E**X quibus constat transactionem semper esse contractum, quia propria contractus attributa transactioni insunt mutuum nempe synallagma, & quodquique transigentium compendij sui gratia paciscatur.

§. 75. Vnde quoad formam contractus est, utique iuris gentium, & stricti iuris quamquam quo ad finem distractus, sed non idē minus contractus debet appellari, quandoquidem forma dat esse rei; non aliter ac emptio secunda, aut pactum nouissimum, quo prius tollitur, non distractus, sed alia obligatio, renouatus contractus, emptio altera nouum pactum nuncupatur.

§. 76. Est

- §. 76. Est autem innominatus ex communi opinione, & vera etiam si Corraffius plura disputet in contrarium, nam nec in iure pro contractu eius modi nominatur, neque nomen speciale assumit, sed generis retinet, nec certa forma gaudet solemniter præfinita, indefinenter observanda.
- §. 77. Aliquando enim dat actor, quandoque reus, uterque nonnunquam, interdum aliquid remittit actor, largitur reus, iterum condonat uterque, omnino igitur variè, ut certa; nominataque actio hinc nequeat emanare, sicut nec ex permutatione cum qua magnam habet transactio affinitatem.
- §. 78. Illud tamen omnem extra controuersiam pono, quod transactio intercedente stipulatione sollemnis, contractus sit, & quidem nominatus.

Classis V.

Qui transigere possunt, vel non.

Explanatio XVIII.

Generalis regula.

- §. 79. **F**ORMÆ transactioni adhibendæ annectere lubuit, qui nam transigere valeant, vel non, de quibus hoc cum Paulo axioma generale stabilius illis transigere licet, quibus pacisci permittitur quamquam non vice versa, qui transigere potest ipse, quoque pacisci queat.

Explanatio XIX.

De corpore agrotante.

§. 80. **P**ORRO sanum mente licet ægrum corpore rectè transigere, manifestum est, nec placita rescinduntur valetudinis corporis aduersæ velamēto, quipè in eo qui transigit integritas mentis, non corporis sanitas exigenda est.

Explanatio XX.

De mutis, surdis, absentibus.

§. 81. **M**VTOS, surdos, itemque absentes pacisci posse est compertissimum, igitur & hos transigere posse, consequens est.

§. 82. Enimverò cum duplex transactio sit simplex, & quæ per acceptilationem, atque stipulationem Aquilianam conficitur transactionem me Polux illam possunt inire, quæ nudo sit pacto, non item eam, quam acceptilatio, aut stipulatio perficit Aquiliana, stipulari siquidem absentes, muti; surdi prohibentur.

Explanatio XXI.

De pupillo sine tutore.

§. 83. **P**VPILLVS etiam infante maior transigere nequit sine tutoris autoritate, sed si transegerit, & conditionem reddiderit meliorem transactionis impimento mancipatur.

§. 84. Diuersa quippè hæc sunt pupillum transigere non posse;
absque

absque tutorē aūthore, & pupillum transigentem obligari;
prius illud simpliciter, & indistincte negetur, posterius verò
hac conditione conceditur, si suam nempe conditionem me-
liorem fecerit.

Explanatio XXII.

De minore sine curatore.

§. 85. **S**IMILITER minor sine consensu curatoris sui tra-
sfigere non potest cum non absimilis, quoad aliena-
tiones ei habeatur minor curatorem habens, cui à
Pratore curatore dato bonis interdictum est quamquam
aliàs, quoad nudam obligationem puberes, sine curatoribus
suis possint stipulari.

§. 86. Vnde transactio à pubere sine curatore suo inita ipso iure
nulla non eget beneficio restitutionis in integrum. Planè tra-
sactio à minore curatorem non habente contracta, si oblatio-
nem patiatur per in integrum restitutionem rescinditur.

Explanatio XXIII.

De tutoribus, & curatoribus pupillorum nomine, vel adultorum.

§. 87. **V**ERIVS iudico ijs transigere licere, quoniam
docente Gaio, si tutor, aut curator transegerit cū
fure, evanescit furri actio, & ut Iulianus protu-
lit, qui tutelam gerit transigere cum fure potest.

§. 88. Sed & circa curatorem furiosi eadem dicenda sunt rectissi-
me, tum quia personam domini sustinet, tum quia ius iuran-
dum litis decissorium, quod eadem pollet vi, qua transactio
deferre possunt.

§. 89. Tunc verò transigere valent cum transactio decidendi causa
D interpo..

interponitur, hoc est, super ea lite transigitur, cuius esse poterat exitus anceps, non etiam si donant, vel diminuendi causa transigunt.

Explanatio XXIII.

De patre in rebus filij emancipati.

§. 90. **E**T quidem de re filiorum, quos in potestate non habuit transigentem patrem minimè eis obesse placet, quia resoluta per emancipationem vinculo potestatis fiunt quodammodo extranei, bonaque illorum, non sunt patris, sed aliena, nemini autem de re aliena transigendi arbitrium datur.

§. 91. Sic neque transactio matris obest filiis, quia mater non habet eos in potestate, quapropter si mulier, quæ in servitutem petebatur de statu libertatis cum actore transegit sub hac lege, ut illa filios quos susceperat, in servitutem traderet transactione eius filios non posse servos fieri, notissimi iuris est.

Explanatio XXV.

De rebus filij familias.

§. 92. **E**RGO si pater transegerit de re filij familias, utilis erit transactio ex sententia Vlpiani indistinctè pro arbitrio patris inspecto eo iure, quod Vlpiani temporibus obtinebat.

§. 93. Cum enim ex subtilissima, & iudicio meo verissima Antonij Fabri sententia filius familias esset capax acquisitionis, nolente patre, sibi adquirere iam filius familias aliquid proprium habet, de quo pater transigere possit.

§. 94. Nec quia noluit adquirere interdicatur, uti iure potestatis quippè

quippe in ea quoque re, quæ ad quæsitam fuit filio familias ius Patriæ potestatis conseruat, nisi retinere prohibeatur, cui consequenter, & transfigere potest, prout velit.

- §. 95. Porro de bonis etiam aduentitijs, quorum Iustinianeæ constitutione vsusfructus ad patrem spectat, potest transfigere pater, sine consensu filij, si necessitate urgente transfigat, nam & ex iusta causa conceditur res alienare, nec solum eorum bonorum administrationem habet, sed in illis quoque vsusfructum obtinet.
- §. 96. Diuersum erit in bonis aduentitijs, quæ plena proprietate adquiruntur filio, in quibus neque vsusfructum pater, neque quodlibet pateritus habet participium, quorum celebris Glossa facit recensionem.
- §. 97. Idemque iuris erit quoad Castrensia, & quasi Castrensia, in quibus omnes consentiunt, transactionem patris non valere, quia in eo peculio filius familias ex constitutionibus vice fungitur patris familias plena ipsius proprietate hilarescens.

Explanatio XXVI.

De dote filia.

§. 98. **D**E dote, utique filia nomine petenda pater non aliter potest transfigere, quam filia permittente, & consentiente cum dos sit proprium filia: patrimonium, nec interst aduentitia sit dos an profectitia.

- §. 99. Quid verò si percita sit furore filia, quæ consentire non possit, cum nec sentire valeat, sanè pro consentiente habebitur benigna iuris interpretatione, quasi ex voluntate filia: videatur transfigere, qui furiosam filiam habeat, nam uti non potest per dementia contradicere, consentire eam merito, quis credat, quæ ex rescripto Antonini, nisi euidenter contradicat, consentire videtur.

41
Expplanatio XXVII.
De hærede grauato, & de venditore hæreditatis.

§. 100. **D**IEFICILIMÆ quæstionis campum ingre-
dior; sed enim profundiore sulcore penetra-
ta, constanter defendo cum sapientissimo am-
plissimique ordinis Senatore practicæ iuris scientiæ primoge-
nito interprete Hispaniæ Papiniano Molina hæredem de
restituenda hæreditate grauatum transigere nequire, huic-
que consimilem maioratus possessorem.

§. 101. Idemque in venditore hæreditatis persuasit olim mihi egre-
gie Papiniani sententia ducto argumento à contrario sensu,
ab ignorantia debitoris hæreditarij, sed dimouit assensum pe-
culiaris inter vtrumque differentia quippè quantum ad fi-
dei commissarium expeditissima est, quia restituta hære-
ditate ex autoritate Senatus Consulti, statim omnes actio-
nes denegantur hæredi.

§. 102. Cæterum in venditore hæreditatis plusculum est dubitatio-
nis (nam vt Fulgosiij verbis fungar) non comperi in emptore
hæreditatis cautum esse post venditam hæreditatem denega-
ri hæredi actiones, imò illi eas ipso iure competere, expres-
sum reperio cum debitorem posse vti exceptione ab Vlpia-
no doceor: merito ergo quantumcumque debitor sciret ven-
ditam hæreditatem, potest cum venditore transigere, non sic
cum grauato, nisi restitutam ignoraret.

§. 103. Quod eleganti exemplo confirmo, eius qui actionem vendi-
dit, legauit, aut insolutum dedit, etiam si creditori suo man-
det actiones suas, cum nihilominus omnes veteres actiones
retineat, qui eas non transfert, neque ad eum ius patitur trans-
ferri: Proinde antequam creditor suus, cui solutionis causa
mandauit actiones, litem contestetur, vel aliquid ex debito
accipiat, vel debitori mandantis denuntiauerit cum effectu
non vetatur mandans à debitore suo debitam quantitatem
exigere, & eo modo creditoris sui contra eum exactionem,
impedire, ergo multò minus, cū eodem transigere prohibetur.

Expla-

Explanatio XXVIII.

15

De procuratore.

§. 104. **P**ORO transigere licet, non tantum suo, sed alie
no etiam nomine, veluti procuratorio, quia in re
arguta, & subtili vtendum est distinctione, quam
breuissime propono cū Duareno, promoque ex penu iuris.

§. 105. Primò igitur transigere potest procurator, cui specialiter,
& nominatim mandatum est, vt transigat. Deinceps ille, qui
in rem suam constitutus est. Tandem is, qui omnium bono-
rum liberam administrationem habet.

§. 106. Mandato autem generali, cui libera bonorum omnium non
est adiuncta administratio, non contineri transactionē, scri-
bit Paulus etiam decidendi causa interpositam (non demi-
nuendi, vt male legit Cuiatius,) & ideò si postea is, qui man-
dauit, transactionem ratam non habuit, non potuit repelli
ab actionibus exercendis.

§. 107. Illud certissimum est procuratorem, qui taxatum habet mā-
datum, & ad vnam aliquam causam restrictum facultate nō
potiri transigendi; diligenter siquidem fines mandati custo-
dendi sunt, nam qui excessit aliud quid facere videtur.

§. 108. Hinc descendit, quod qui specialiter ad hoc constitutus est,
vt in arbitrum compromitteret, transigere non valeat, cum
circumscriptum limitibus habeat mandatum.

§. 109. Quare ille, cui causa actio mandata est, id est, cui mandatum
est, vt causam ageret, is si de lite decidat, vel transigat, nihil
domino nocet; tantum enim abest, vt qui mandauit actionem
exercere, videatur transactionem mandasse, vt sint hæc non
diuersa modo, sed pugnantia agere, & transigere, nam qui
agit litem mouet, qui transigit, finit.

Explanatio XXVIII.

De procuratore Cæsaris.

§. 110. **C**ONSIMILITER nulli procuratorum Principis, inconsulto Principe transigere licet, nisi speciale mandatum habeat, vel ne Cæsaris res sub prætextu transactionis interuertantur, non enim docente Vlpiano alienare rem Cæsaris, sed diligenter gerere commissum est, vel cum transactio fieri nequeat, nisi aliud vicissitudinariè detur, aut promittatur transactio herculè confici non potest, nisi de bonis Cæsaris aliquid alienando.

§. 111. Præterquam quod cum procurator Cæsaris Magistratus sit, & quidem ex maioribus, & ijs, qui iurisdictionem habet, verendum fuit, ne sub prætextu transactionum venalem, perfidamque in ea re operam præstarent.

§. 112. Aut saltem ne ea occasio materiâ calumniæ præberet, quæ cum in omnibus Magistratibus summè cauenda est, tum maxime in procuratoribus istis, qui sunt velut domestici Cæsarius, cuius domum, non tantum à crimine, sed etiam à criminis suspitione vacare oportet.

Explanatio XXX.

De administratione Ciuitatis, seu syndico, & defensore.

§. 113. **M**IROR iuris prudentissimum Duarenum cõfudisse in hac tractatione administratorem, seu syndicum Ciuitatis cum eiusdem defensore, quoniam alia ratio syndici est, hic nempe quamuis ambitiosè rem Ciuitati liquidam, & certam non possit remittere, de re tamen controuersa, liteque dubia transigere posse, rescripserunt Valerianus, & Salienus. Syndici quippè, &
Reipu-

Reipublicæ administratores, ex communi Doctorum sententia mandatum, videntur habere cum libera.

§. 114. Neque huc referri debet, quod Vlpianus scribit defensores municipum, vel cuiusvis alterius corporis non posse sine speciali mandato deferre iusiurandum litis decissorium; quandoquidem diuersissima est ratio defensorum, & administratorum: illi siquidem cum ad defendendum constituti sunt, nequeunt huiusmodi iusiurandum deferre.

§. 115. Ut taceam quod plus sit deferre iusiurandum litis decissorium, quam transigere, quoniam qui transigit aliquid pro lite remissa vicissim accipit; ac qui eiusmodi iuramentum deferret, is iurante aduersario perdit causam, nihil vicissim accipiens.

Classis VI.

stricta natura transactionis.

Explanatio XXXI.

De transactione non extendenda, nec ad res, nec ad personas præter expressas.

§. 116. **T**RANSACTIO nec res, nec personas egreditur, de quibus expressè concepta non est, proinde quæcumque fit de ijs tantum, de quibus inter conuenientes placuit, interposita creditur.

§. 117. Adeò ut si de re certa pacto transactionis interposito, hoc etiam comprehensus erat, nil amplius peti, & si non additum fuerit eo nomine; de cæteris tamè quaestionibus integra permanebit; etenim qui transigit ille litem remittit, atque iure suo cedit: quo circa quatenus non expresserit, cætenus noluisse præsumitur, quantumvis alias generalis transactio

etio fiat, quia non comprehendit nisi ea, de quibus verisimiliter actum esse apparet.

§. 118. Vnde diuisio inter fratres celebrata non porrigitur, ad fidei commissum, non cogitatum, nec magis illud comprehendet, quam sumam pecuniariam, cuius nulla mentio in instrumento diuisionis continetur.

§. 119. Et similiter transactio cum quibusdam ex curatoribus, siue tutoribus facta auxilio cæteris non est; cum igitur tres curatores habueris, & cum duobus ex ijs transegeris, tertium conuenire non prohiberis quocumque nomine de tota cura, cū duobus transactum sit, siue ob dolum commissum, siue ob culpam.

§. 120. Eadem dicemus in transactione, quæ facta est inter hæredem institutum, & matrem defuncti filij ab illo, aut præteritam; aut exhæredatam, neque enim testamentum recissum videri posse certum est, quod neque per transactionem, neque alio modo, quam per sententiam de inofficioso prolatā rescindi valet, & ijs consequenter, neque manumissis, vel legatarijs actiones suæ directæ videntur ademptæ per transactionem, quinimò scriptum hæredem transactione non obstante conuenire debent in solidum.

§. 121. Aliter atque in creditoribus hæreditarijs, respondit Scaevola cum ius successionis incertum est, quod contingit agnato proximo, aut filio ipso contendente testamentum, ipso iure nullum hærede contrarium defendente, quoniam in hoc casu propter incertitudinem successionis (qua dubitatur, an scriptus, an legitimus futurus sit hæres) utilitatis causa receptum est, ut pro parte hæreditatis, quam uterque in transactione expressit, vtilibus conueniendus sit.

§. 122. Quemadmodum utilis exceptio transacti negotij debitori accommodatur, à Papiniano aduersus emptorem, & fideicommissarium hæreditatis.

Expla-

Explanatio XXXII.

De accessorio, & principali.

§. 123. **P** Lanè superioribus addendū, quod si de re principali fuerit transactum, remissum quoque censatur accessorium.

§. 124. Sic principali negotio finito remissa videntur litis expensæ quæ iure accessionis debentur ex officio iudicis mercenario præstandæ, quod cessat ubi ista transactio terminatur.

§. 125. Porro diuersa causa est expensarum contumaciæ, quia hæc debentur non officio iudicis, & accessorie, sed principaliter, & iure actionis igitur principali negotio transacto id propterea tamen de hijs expensis videbitur decisum.

Classis VII.

Finalis causa transactionis.

Explanatio XXIII.

De effectu transactionis, nec à Principe retractanda.

§. 626. **I**n finem illum transactio fertur, ut finis litibus imponatur, nec minore effectu, quam iusiurandum, aut res iudicata quinimò maiorem in eo vim obtinet transactio, quod si acceptilatione, vel simplici, vel ea quæ sit per Aquilianam suffulta, celebretur ipso iure litem perimat, cum res iudicata ope solum exceptionis actionem amandet.

§. 127. Quare maximum remedium hoc expediendarum litium religiose adeo in usum venit, ut nec imperiali rescripto, causas vel lites transactionibus legitimis finitas rescindatur oporteat, quod non eorum

E tum.

tū pertinet, vt Princeps huiusmodi rescriptū indulgere nō debeat
sed etiam vt concessum à Principe iudices non admittant.

§. 128. Qua in re non facilis suboritur disceptatio an oporteat Prin-
cipem huic cōstitutioni generali derogare nominatim? Sed
arbitror cum Bartulo sat esse si dicatur non obstante lege al-
qua, quæ sit in contrarium, & hoc iure nostri Principes vtun-
tur, quod melius admitterem repugnet licet Donelus si Prin-
ceps specialiter in rescripto addiderit se velle rescripto suo
stari non refragante lege.

Explanatio XXXIIII.

De pœnitentia in transactione non admittenda.

§. 129. **Q**VAMQVAM, in cæteris contractibus in-
nominatis regulariter re integra pœnitentiæ
pateat aditus, transactio tamen rescindi, & lis
instaurari non potest, quamvis eum qui pa-
ctus est. Statim pœniteat quod fauore litium finiendarum
receptum est.

§. 130. Cæterum pactum legis commissoriæ in transactione ample-
ctor cum Cumano si nempe trāsigentes egerint ab initio, vt
re non sequata pro non transacto sit.

Explanatio XXXV.

De nullitate cause.

§. 131. **R**VRVS, & suo fine ponitur transactio etiam
si causa fiendæ transactionis nulla apparuerit
sera enim nimis est isthæc allegatio præterquā
quod si lis fuit, hoc ipsum quod à lite discedi-
tur causa videtur esse. Vnde qui heres non erat quasi heres
tamen conuentus si cum hereditarijs creditoribus transigat,
& partem pecuniæ inferat. Nequid amplius à se peteretur;
ta metli

tametsi postea euidenter constet, hunc non fuisse heredem, & consequenter creditoribus hereditarijs debuisse nihil, huius indebiti soluti prætextu improbe sibi petitionem decerni postulat pecuniæ, quæ ob causam data lucro cedit creditorum, qui etsi tantum in stipulationem fuisset deducta vtiliter ea ab illo peterent quin in debiti promissi velamento defendi posset.

Explanatio XXXVI.

De causa non sequuta.

§. 132. **H** VIC similis est, qui hereditatis futuræ consequendæ intuitu transgens fuerit delusus spe cadens, quia heres institutus non est, idcirco enim quod alij successerunt instaurari finita non debent; ita tamen si vel nihil expressum est à transigentibus de spe hereditatis, vel sub conditione si instituerentur heredes feriant transactionem.

§. 133. Quid vero dicendum sit si nominatim transegerint ob causam vtique turpem, scilicet, vt scriberentur heredes pulchræ quaestioni, est distinctione dubium egregie resoluo. Sublata per acceptilationem actio, neque hac iam extincta experiri possunt, neque conditione vt ob causam causa non sequuta, quod enim turpiter datur non repetitur.

§. 134. Et quamquam ambo facinus turpe patruerint ille dādo, hic accipiendo plane in paricausa placet potiore causam esse possidentis, & hac ratione conditionem cessare.

§. 135. Quod si pacto tantum remissa est actio quo casu constat verem manere, non debito quia huius potestate ad promissa queant, vbi non præstantur vrgeri collisa exceptione pacti per replicationem doli.

Explanatio XXXVII.

De specie, et instrumento postea repertis.

§. 136. **A**D hæc quæ finiuntur generali transactione, siue infinite concepta sub hac formula *seni- bil petendum*, siue de re certa, quæ sub compēdio vocabuli totius generis species continet, veluti si transactum sit de hereditate, de tutela, de administratione negotiorum sub prætextu specierum post reperi- tum rescindi prohibentur.

§. 137. Luculentius dicam, vt quemadmodum de ipso genere iterū lis moueri non potest, sic nec possit de vlla specie sub eo ge- nere comprehensa, etsi postea reperta sit, hoc est quamquam transactionis tempore latuerit, dum tamen de illa fuerat cogi- tatū generaliter; aliter quippe nihil prohibet petere rem, quæ ex eodem genere sit, si de ea nullatenus cogitatum est. Vnde si in aliqua re quam generalitas transactionis complectitur erret actor ita, vt transactionis tempore nō putaret esse suā, quia tū temporis apud alium constitutam certe hic error nihil potest nocere.

§. 138. Vltcrius sub obtentu instrumenti, quod postea emerfit trans- actionem bona fide finitam rescindi iura non patiūtur, quo- niam transactio eneruat, prostermitque omnia instrumenta ad causam spectantia, impositoque iam litigio hæc proba- tionum momenta fastidit.

Explanatio XXXVIII.

De errore calculi, et enormitate lationis.

§. 139. **P**LANE errorem calculi veritati non asferre præiudicium frequenti cōstitutione sancitur, vnde rationes etiam sæpe computatas denuo tractari posse explorati iuris est, nisi ipsas in- terue-

convenientis transactionis bilanx librauerit, calculus dispun-
xerit.

§. 140. Neque transactionem iure circumuallatam lationis ultra di-
midiam expugnat enormitas, illud enim quæritur solum an
tanta calumnia reueletur, ut nec his fuisse videatur non quan-
tum inferat iactura dispendium, transactionibus, scilicet, etiã
in hac specie suam obtinentibus firmitatem.

Classis VIII.

Pœna resilientis à transactione iurata.

Explanatio XXXVIII.

De nota infamia, & alijs pœnis.

§. 141. **P**orro si quis maior 25. annis, etiã foemina, quã
nullo cogente imperio ultroque confecit trã-
sactionē, & iurato Dei omnipotentis nomi-
ne soluit, postea si defragus aduersus illam
putaretur esse veniendum quadrupliciter punitur infamia, nã
que notatus accepta refundit, pœnamque pactis insertam re-
stituit actione priuatus, quam non ipso iure infligam, tum
deum refectarius incurreret si condemnatoria prius iudicis
sententia præcurrat.

§. 142. Ex his illud primò indeclinum est, quod minor 25. annis in has
pœnas non cõmittit etiam si veniam impetrasset ætatis; idẽ
que asserendũ est de vniuersitate, quæ minori comparatur,
quia cum vniuersitas ex animæ simulachrum sit iuris intelle-
ctu compactum, periurio nequit alligari, quod tamen Alcia-
tus apprimè existimat fallere in Collegio maiorũ 25. annis,
veluti in hac alma Academia orbis Principe scientiarum Sal-
manticæ cui priscum illud Athenæum prælusit.

§. 143. Deinceps, & istud defluit prædictas pœnas transigentis he-
redem

redem non coercere, neque qua abstergantur moræ expiationem detreſtare; ceſant dubio procul, ſi permiſa iure ratione tranſactio quaſatur.

Classis IX.

De remedijs tantum actori, quā reo cōpetētibus.

Explanatio XL.

De actore aduerſus reum.

§. 145. **S** I reus qui tranſegit cū actore renuat tranſactionem ſeruare, actor vero eā ratam habere velit, ſi pacto nudo ſola conuentio fuerit celebrata, prima actione experietur quam ſi tranſacti negotij reus intendat exceptione infirmare, replicatione illa doli actor roborabit. Quotiens vero primā actionem extinxit, ſi ſtipulatio Aquiliana ſubdita eſſe illuxerit, ex ſtipulatu cōpetit actio, ſi autem per ſimplicem acceptionem ſtipulatione, non interueniente (vel quod eius eſt generis ſi cum perſona deſinet actio, niſi ſit præparata cuiuſmodi eſt inoſcioſi quærela) ſiquidē non ſit impletum quod conuenit poteſt agere præſcriptis verbis, ſi autem tranſactio dolo malo expreſſa ſit, nullā aliā ſuper eſſe niſi de dolo actionem nō ambigitur. Sed utrum cum actione doli, actio præſcriptis verbis concurrat velle quæri poteſt, qua in re negatiuam ſententiam amplexus contra Duarenum communi interpretum ſenſu cordicitus in aſſenſum trahor.

Explanatio XLI.

De reo aduerſus actorem.

§. 146. **I** N primis reo competit contra actorem exceptio deinde eius quod dedit repetitio, et ſi quæ promiſa eſt petitio poenæ verum ſimultaneus omnium interdicitur vſus, neque enim vtcumque debet locum

locum habere, & repetitio, & exceptio, poenaeque exactio; qua via elegerit gradiri poterit, perfrui cunctis negatur, nisi contra placitum fecerit actor rato manente pacto reo stipulanti promiserit, vel nisi reus sponte suscipiat actiones iam per Aquiliam extinctas, quod cum admiserit poena una cum his, quae data probantur inferenda est.

Classis X. & vltima.

Resolutio, & interitus transactionis.

Explanatio XXL.

De consensu.

§. 146. **N**VLLI dubium est quin vtriusque transigentis consensu mutuo à transactione abire liceat cum nihil, tam naturale sit, quam eo genere quidquid dissolvere, quo colligatum est; proinde si diuersa pars contra placitum agere nititur æquitatis ratio suadet refulsa pecunia, si & tu hoc desideras causam ex integro agi refulsa inquam, non quia non possit interdum agi cum aduersario consentiente, & si pecunia refulsa non sit, sed quia non semper agi potest etiam cum eo, qui consenserit, ut secum agi liceret nisi præstita pecunia refundatur; quo in casu si pacto transactio fiat, sic veteri actione expeditur actor, ut si reus utatur exceptione pacti replicationi doli remoueatur: cum vero acceptilatione, vel stipulatione Aquiliana munitur præscriptis verbis agat, quia negotium civile geritur.

Explanatio XLIII.

De restitutione.

§. 147. **P**RÆTEREA rescinditur transactio cum minore annis viginti quinque utiliter facta, inutilis enim ipso iure nullus est indige restitutionis, ut

vero restitutionem minor rectè postulet, tria oportet eum in antecessum docere. Primum se esse minorem, deinde se esse circumscriptum, denique lubrico esse ætatis illapsum; hinc nascitur per pulchra quæstio verissimè, ac brevissimè terminanda cum iuris prudentissimo Dureno, vtrum restituto minore aduersus transactionem, aduersarius quoque actionibus, quas pridem habuit, vti poterit, & cum in integrum restituto minore rescindi transactionem, placet, dicendum est posse: aliter, atque cum minor aduersus eum, cum quo directa actione tutelæ egit, & victus est restituitur, non enim idèo tutori etiam victo contrarium tutelæ iudicium restituendum est, hæc quippè iudicia sunt separata, nec tutor amissæ actionem per sententiam contra minorem, at qui per transactionem amittitur actio, consequens ergo est, vt restituto minore, & hæc restituatur.

Explanatio XLIII.

De metu.

§. 148. **I**NSUPER interpositas metus causa transactiones ratas non haberi ædicto perpetuo, de eo quod metus causa præcipitur, nec tamen quilibet metus sufficit, sed is requiritur, qui in virum constantem cadat, veluti qui salutis periculum, vel corporis cruciatum præferat, quàm obrem qui transactionem, quæ præsentibus amicis, aut parètibus vera ostenditur processisse metus, velamento rescindi postulat, sequioris voti detegit improbitate.

Explanatio XLV.

De dolo.

§. 149. **V**LTERIVS quamquam transactio cui dolus initium præbuit, & causam vt potè stricti iuris iure stricto subsistat, nihilominus quem admodum

modum Prætor transactionem metu factam ratam non habet, ita etiam dolo initam rescindit, sic tamen ut si reus dolo inductus transegerit competat ei aduersus actorem explicito transactionis agentem doli exceptio, atque datorum repetitio si vero actor, tunc siquidem transactio per pactum fuerit celebrata priori actione agere, eamque contra reum transactionis in cursu oppugnantem triumphali queat doli replicatione defendere, si autem per stipulationem Aquilianam transactionis inierint fœdus actionem de dolo possit exercere, nisi specialiter etiam de dolo transactum sit. Planè admonendi sumus hæc ita procedere, nisi sciens, & prudens se dolo inductum transigit, aut nisi is, qui restitui postulat, participes doli fuerit ille quippe nullam volens iniuriam suffert, huic autem transactione finita instaurari graue, nec non criminossimum est.

Explanatio XLVI.

De falsitate.

§. 150. **C**ONVENIUNT omnes transactionē ex falsis instrumentis retractari debere, altercantur sit ipso iure nulla, sed enim ego per in integrū restitutionem tueor rescindendam sententiæ instar, quam falsis testimonijs religione circumuenta protulit iudex. Omitto in hac tractatione erroris vitium, quod transactionem impedit, non retractat, illud pro coronide adijcio (ut iam descendam integra transactionibus dote, vbertim ac ordinatim cummulata) quod quamquam sub obtentu nouorum instrumentorum restitui negotia minime oporteat; tamen in negotio publico permittunt Imperatores huiusmodi instrumenti, uti ex causa, ubi euidentis utilitas id suaserit, quæ diffinita aliàs difficilis iudicis est arbitro examinanda.



Explicit Synopsis.




Deo Gloria tota, qui nobis hac otia fecit.


Præli fœces sic emungito:

F O L. 4. §. 8. lin. 1. pro litisve, lege litæue. Eodem. Fol. §. 10. lin. 2. specialem, lege specialem, lin. 4. tuentus, lege euentus. §. 13. lin. 3. valeuit itaq; lege, valeuit utique. Fol. §. 16. lin. 6. res certa, lege, res incerta, §. 19. lin. vltima propendeat, lege propendeant. Fol. 6. §. 23. linea penultima, causa, lege causa, Fol. 7. §. 32. linea ante penultima pronisi ne, lege, pronissime. §. 36. linea 8. deuorata, lege ne deuorata, & linea penultima tantum, lege tandem. Fol. 8. §. 45. lin. 1. inreligo, lege intelligo. Fol. 9. §. 53. linea penultima quem, lege quæ. §. 54. linea penultima stabilitiorē, lege stabilitionem. Fol. 11. §. 72. linea penultima fama, lege forma. Fol. 15. §. 110. linea penultima poreft, lege poreft. Fol. 16. §. 117. linea secunda comprehensus, lege comprehensum. Fol. 18. §. 131. linea quinta, qui, lege quæ & linea penultima, ea, lege eam. §. 135. linea secunda, non deuito quia, lege nō duito quin. Fol. 20. §. 148. linea vltima improuitate, lege improuitatem. Fol. 20. §. 149. linea vltima, explicito, lege explacito, §. 150. linea 3. sit, lege antut. lin. antep. instrumeti, lege instrumentis, in fine.

Gloria tota Deo, qui nobis hac otia fecit.



1
Jde Marielinghe Arreffe Ds
de Jan de 1645
C. - C. -



2.25